



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 76. Religio in Polonia eversa ob Præsulum dissensiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

non pauci privatas suas opiniones sta- Sæc. XVI.  
bilire, ac divulgare totis viribus nite- A.C. 1564.  
bantur.

## §. LXXV.

*Ecclesiæ Disciplina in Poloniæ Regno  
everfa.*

Iridebantur palam Ecclesiæ cultus, ri- *Gratian. in  
vita Com-  
mend. l. 2.  
cap. 7.*  
tusque, ac publice novæ opiniones pro-  
pugnabantur, necnon singulis die-  
bus celebrata fuere hæreticorum con-

venticula, & procusa in Catholicos  
confilia: insuper audiebantur preces pub-  
licæ, & sacrificia peragebantur juxta  
ritus recens adinventos: explodebatur  
autem avita religio veluti risu digno-  
rum rituum congeries: cultu etiam plu-  
ribus in locis abrogato templo usurpa-  
bantur, & Sacerdotes ex ædibus suis  
ejiciebantur, omnibusque bonis spolia-  
bantur, dum ipsi quoque Aulæ Proce-  
res, atque ex senatu potissimi de hæ-  
refi aut suspecti, aut jam maligna hac  
contagione infecti erant, tantoque hæ-  
retici numero excreverant, ut nec le-  
gum severitatem, nec Regis ipsius au-  
toritatem vererentur. Hic erat Polo-  
niæ status, dum Commendonus illic  
advenerat.

## §. LXXVI.

*Religio in Polonia everfa ob Praefu-  
lum dissensiones.*

Insu-

**Sæcul. XVI.** **A.C. 1564.** **Insuper** Episcopi, qui solis hæreticis

refistendo pares fuissent, mutuis diffi-

diis inter se scindebantur, ac unice pri-

vatis suis commodis intenti ad procu-

Rayn. n. 41, randum commune bonum non concur-

rebant, sed Religionem, ac iustitiam

opprimi patiebantur. Ex hisce Præsi-

libus duo erant, qui tam apud Sena-

tum, quam Clerum præ ceteris omni-

bus majori pollebant auctoritate, eo-

rumque primus erat Jacobus Ucangius

Gnesensis Archiepiscopus, Regnique

Primas: alter vero Philippus Padnevius

Cracoviensis Episcopus. Porro ille su-

rum dignitatum, ac honorum splen-

dore celebris, hic autem ingenii acie

ac divitiis clarus audiebat: quamvis

autem hi ob affectuum, ac cupiditatum

diversitatem inter se dissiderent, pari-

tamen Regnum turbandi, resque im-

plicandi desiderio flagrabant: insuper

Ucangius arctam cum Protestantibus

amicitiam fovebat, aliunde vero, cum

primævo naturæ vitio turbidæ, ac vo-

lubilis indolis vir esset, ad omne mo-

mentum quamdam seditionem expecta-

bat, sicuti enim Natura hominem ita

constituit, ut is facile credat, quæ

vehementer expedit, sic etiam Ucan-

gius sibi imaginabatur, quod ipsem et

hæreticorum factiones prævalerent,

rejecta Sedis Apostolicæ auctoritate,

nullo



nullo negotio supremum Polonicæ Eccle- Sæcul. XVI.  
sæc. caput a suis proclaimandus esset: qui- A.C. 1564.  
nimo hæretici, ut hunc Præfulem ma-  
gis suis studiis addictum redderent, va-  
na hac spe eum sollicite lactabant:  
nihilominus frequenter invisebat Com-  
mendonus, qui eum æque, ac Cra-  
covensem Episcopum ad saniora redu-  
cere nitebatur, quamvis autem hic  
posterior vir esset animo ferox, flecti  
nescius, dominandi libidini assuetus,  
divitiarum abundantia tumidus, ac  
quietis impatiens, Commendonus ta-  
men decipi poterat nec hujus, nec il-  
lius consiliis, quæ unice eo collima-  
bant, ut Regem ad Protestantium par-  
tes inclinarent, odium in Pontificem  
ei inspirarent, hacque ratione ipsi suum  
finem consequerentur: attamen Com-  
mendonus Regis fiduciam sibi concilia-  
bat; cum enim Episcopos reconciliare  
frustra niteretur, eosque incassum ad-  
monisset, ut ad communem utilita-  
tem suas vires conjungerent, nec ob-  
stinatis hisce dissidiis suam dignitatem  
vili penderent, neque ipsimet ad suum  
contemptum, & everisionem hæreticis  
occasionem præbere vellent, non nisi  
quosdam horum Præfulum ad sua  
studia pertrahere poterat: unde Regem  
eo inclinabat, ut omnes Doctores ex-  
teros, qui errores, ac seditionem in-  
spira-



**Sacra. XVI.** spirabant, e regno expelleret, hacque  
A.C. 1564. ratione eo facilius indigenarum licen-  
tiam reprimere, ac impedire posset, ne  
violentia Sacerdotibus, aut Ecclesiis  
quovis pacto inferretur.

## §. LXXVII.

*Synodus Nationalis in Polonia pro  
Commendonum impedita.*

*Gratian.*  
*cap. 10.*  
*Pallav. c. 13.*  
*num. I.*

Cum Ucangius Archiepiscopus Natio-  
nis suæ Synodum congregare sta-  
tus tuisset, in qua Religionis controverbia  
dirimerentur, atque haud consulta Pon-  
tificis auctoritate fides ad Regni con-  
fuetudines, & utilitatem accommodari  
posset, Nuntius comperto Archiepiscopi  
consilio, ejusque machinationibus om-  
nem curam, suamque dexteritatem eo  
impedit, ut Regem ad inhibendam  
ejusmodi Synodum induceret: nec fra-  
straneus erat Commendoni conatus;  
quippe Rex, cum quietis studiosus,  
tumultus, & seditiones in regno suo  
fuscitari summopere abhorreret; quam-  
primum hanc rem in Senatu exponi  
percipiebat, mox propositionem peni-  
tus rejicit, palam professus, quod quic-  
quam in rebus Ecclesiasticis decernere  
suam excederet potestatem: nihilomi-  
nus Ucangius nihil animo fractus, ut  
suum finem consequeretur, in sequenti  
artificio opem quærebat: cum enim

Triden-